

## Tracta.

falsi fratres  
qui dicantur

Septē vtilita  
tes tribulatio  
nis fm. viij. p  
hantes ignis

Figura.

Dulchū de  
mutatōe bo  
minis per tri  
bulationem.

.lxj.

lxxxiiij.

glosa Aug. Hoc utiq; monet nō tā vt pe  
dibus agas q̄z vt animo sis paratus. Seq  
tur (Lū paulo apostolo: falsos fratres su  
stinent & persecutionē). i. tolerant: falsos  
fratres nominat eos q̄ et si fratres sint na  
tura aut vnius religionis pfessione: opa  
tū fraternitatis sive amicitie mores non  
observant sed inimicitie aut hostilitatis  
vt puta murmuratores & detractores: cō  
spiratores: psecutores (et maledicentes se  
būdicunt) humiliter respondendo p eis  
orādo & exēpla patientie eis demonstran  
do. Circa hoc capitulū de patienti tole  
rantia aduersitatū & tribulationū fimo fa  
ctus ē plenus circa instrumētū. xxij. Qua  
re ad presens solū supest paꝝ dicere d̄ vui  
litate tribulationis patienter tolerate.  
Circa quod est notandū q̄ multe sunt  
vilitates tribulationis. De quibus tan  
tū ponemus septē secūdū septē proprieta  
tes ignis. Tribulatio enim in scriptura p  
igne consuevit significari vt patet in illa  
auctoritate ppbete paꝝ ante iducta ī hoc  
capitulo de psalmo. lxv. Igne me exami  
nasti sicut examinatur argentū. Motā  
duz ergo q̄ tribulatio primo ad modum  
ignis illuminat. treñ. iij. Ego vir videns  
paupertatē meā in virga indignationis  
ei⁹. Gregorius: Oculos quos culpa clau  
dit pena aperit. puerbi. xxir. Virga atqz  
correctio tribuit sapientiā. Hec illumina  
tio figurata est in illuminatione thobie q̄  
felle posito super oculos eius visum rece  
pit. tho. xj. In amaritudine sellis amaritu  
dinē intellige tribulationis. Secundo  
tribulatio emollit vt ignis cerā vel oino  
vt ignis metalla dura. Job. xxiij. Deus e  
mollit cor meum. Et in psalmo. Liquefa  
cta est terra: sicut cera. igne modico emol  
litur & veterē imaginē deponit & nouā re  
cipit: sic corda nō indurata modica tribu  
latione molliuntur & vetustatē vitionū de  
ponunt & nouitatē assumunt virtutū. Cor  
da vero dura nō liquefiunt ad ignē tribu  
lationis nisi sit tribulatio magna mortez  
inferens vel cōminans: tunc vetustas vi  
tioꝝ deponitur & corda parata sunt fluere  
in omnē modulum & formā recte viuendi  
per omnia parata stare superioris impe  
rio: tunc sit ibi felix cōmutatio vertere ex  
celsi. Vias enim ignomine cōmutatur in

vas glorie & serui diaboli efficiuntur filiū  
dei. puer. xij. Verte impios & nō erūt. Et  
Job. xxvij. Euro locus est in quo cōflat  
hic locus est ignis tribulationis. Ter  
tio tribulatio hominē roborat: sicut ignis  
roborat laterē quā tūz cōburere. Ro. v.  
Tribulatio patientiā operatur: patientia  
aut p̄bationem probatio vero spem. glo.  
Quia per exercitiū tribulationis doceſ  
aliquis esse strenu⁹ dū fortiter tolerat tor  
menta per quod sancti martyres vincunt  
seuitiā tyrānorū. Et iō dicit glosa super  
math. Nunqz formides temptationē si ani  
mā paratā babes. Nā nō nocebit tribula  
tio q: tolerantiā operabitur: sicut aurum  
in camino nō leditur sic nec paratam ani  
mā tribulatio nocebit. Quid operat ca  
minus? aux mundat. Quid operatur tri  
bulatio? tolerantiā ampliorēq; patientiā:  
abscidit desidiā & coadiuat aiam & sobri  
orem reddit. Unde marcus & marcellia  
nus martyres quoꝝ festum agim⁹ ī ligno  
vno confixi psallentes dicebant iudici fa  
biano: Nūqz tā bene epulati sumus mo  
do enim cepimus esse fixi in amore xp̄i.  
Quarto tribulatio destruit & quasi an  
nihilat vicia amoris qbus homo alliga  
tus est mundo: Usi danielis tertio. Tres  
pueri q ligati missi fuerant in fornacē iuē  
ti sunt soluti. Crisostomus super math. lo  
quens de tribulatione dicit: Vtere opta  
biliſ res sapientibus. Per hanc enim sa  
piens a mundi vinculis liberaſ: p hanc in  
celesti horae collocatur. Nec est modica  
vtilitas separatio ab amore mundi vt di  
cit Augustinus. Gregorius Ipse mūdus  
dū tot amaritudinib; cruciat: dū tot  
calamitates ingeminat: quid aliud nisi vt  
nō amet clamat? Profecto nisi tribulatio  
nes essent hoies deū obliuiscerent bonis  
temporalibus ztēti. Gregorius: Electis suis  
ofis iter aspeꝝ facit nedū delectant in via  
obliuiscant eoꝝ que sunt ī p̄ua. Quinto  
tribulatio hominē probat. Ecclesiasti.  
xxvij. Clasa figuli probat formā: et hoies  
iustos tentatio tribulationis. Eiusdez. ij.  
In igne probatur aux & argētū. Thobie  
xij. Quia acceptus eras deo: necesse fuit  
vt tentatio probaret te. Gregorius: Me  
mo vires suas in pace cognoscit. Si bel  
la desunt virtutū experimenta nō p̄deūt.

Mō nocet tri  
bulatio ſz ma  
gis prodest.

Singularis tri  
bulatiōis vti  
litas.